



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 91. Fœderati Principes pro stabilienda pace Passavii congregati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](#)

Rex Argentina recedere cogeretur, Hel- Sæcul. XVI.
 veticarum Tribuum Deputatos, qui Ar- A.C. 1552.
 gentinenses in gratiam recipi petebant,
 exceptit, illosque perbenigne habuit,
 cumque ea, quæ armis exequi non po-
 terat, benevolentia demereri vellet,
 eisdem significabat, quod in ipsorum
 gratiam copias suas in Lotharingiam
 reducere paratus esset: quinimo reipfa
 paulo post promissis stabat, postquam
 hanc ob rem a Palatino, Moguntino,
 & Trevirensi Electoribus, necnon a
 Clivensi, ac Wirtembergico Ducibus,
 qui nuper Republicæ caussa Worma-
 tiam venere, Legatos exceperat,
 illisque verbis admodum blandis re-
 spondebat.

§. XCI.

Fæderati Principes pro stabilienda pace Passavii congregati.

Hac ratione (*) Rex in Gallias rever-
 ti statuit, ubi etiam ab Electore
 Saxonico nuntium de novo rerum suc-
 cessu

(*) Inopinæ hujus fugæ caussam Thua-
 nus l. cit. hanc adducit: *Rex cum a tergo in
 Campaniæ fines populabandum hostem cum copiis
 ingressum esse intellexisset, in Gallias quam-
 primum redire decrevit.*

Sæcul. XVI cesso accepit, nam hic Regi hæc signi-
A.C. 1552. ficabat „omnes ferme Principes, ac
 „Germaniæ urbes pristinæ libertati re-
 „stitui, nunc autem vel maxime de
 „Landgravii Saceri mei salute sollicitus
 „sum, nam Cæsar, ni conditiones ab
 „eo oblatas acceptavero, illius mortem
 „communitatus fuit: quapropter ad con-
 „cordiæ pacta descendere cogor, hanc
 „que ob rem Passavium abire compulsi
 „sum, ut ibidem die vigesima sexta Maii
 „desuper deliberare possem. Enimve-
 ro Principes Fœderati, quos inter præ-
 cipiuus erat Mauritius, præstituta die
 Passavium venerant, tantoque studio
 rem urgebant, ut pax, quæ vulgo
 transactio Passaviensis appellatur, die
 prima Augusti fuerit conclusa. Ade-
 rant ibi Ferdinandus, Bavariæ Dux,
 Salisburgensis, atque Eichstadiensis E-
 piscoli præter Electorum, ac Clivien-
 sis, & Wirtembergici Ducum Oratores.
 Porro Sessiones plusquam ad bimestre
 protrahebantur; prima enim Iunii die
 Mauritius prolixe perorans de publica
 administratione querebatur, exter-
 que Imperii regimen oppressa libertate
 invasisse ajebat. Postea Joannes Fra-
 xineus Bajocensis Episcopus, quem
 Mauritius eo secum adduxerat, dieter-
 tia Junii ad alloquium admissus, pluri-
 bus, amplissimisque verbis Galliarum
 Re-

Regis merita exaggerabat: Tandem ve- **Sæcul. XVI.**
 ro post crebram altercationem ultro, **A.C. 1552.**
 citroque habitam, literisque jam ad Cæ-
 farem missis, jam ab eo receptis, ac
 insuper Ferdinando Rege nunc Passavio
 abeunte, nunc redeunte pax fuit fir-
 mata sequentibus hisce conditionibus.

§. XCII.

Passavensis Pacis articuli pro tuenda Religionis libertate.

„I. Mauritius Dux, atque S. R. J. Ele-
 „etor Saxonius, siique belli con-
 „sortes Principes, ac Status hanc com-
 „positionem amplectentes a cœptis sum-
 „ptisque armis prorsus desistant, suos-
 „que paratos, & conscriptos milites ad
 „undecimum, duodecimumve diem
 „Augusti mensis proximum unde quaque
 „dimittant, dissipent, atque discurre-
 „re, vel nobis Regi Ferdinando ad pe-
 „titionem, stipemque nostram adjungi,
 „vel admoveri finant.

„II. Interea Philippus Hassorum
 „Landgravius saltem die vigesima se-
 „cunda hujus Mensis libertati restitua-
 „tur, ac sanctam Hallæ in Saxonia
 „capitulationem ratam de novo habe-
 „re, ac irrefragabiliter observare te-
 „neatur, adeoque detentionem suam,
 „& custodiam haud quaquam vindica-
 „re,